

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Venerabilis Beda presbiter: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

504
gloriam caelestium promisso-
rum multo plura et magnifi-
centiora perspiciet. quam ei
sunt in hac terra per sacra elo-
quia per prophetas. atq. Apo-
stolos nuntiata. Nunc enim
tamquam in speculo et in eni-
gmate. tunc aut oculis suis
uidebit. id est facie ad faciem.
Tunc beata et illustris anima
inter stupendas remunerato-
ris sui constituta diuitias. In-
effabilibus reginae huius uer-
bis uti ad dnm poterit dicens.
Uerus est sermo quem audiui
in terra mea super sermonib.
tuis. Maiora sunt opera tua
quam rumor quem audiui.
Et reuera id quod parat dñs dili-
gentibus se. fide non compre-
henditur. spe non attingitur.
Caritate non capitur. deside-
ria et uota transgreditur.
Acquiri potest. aestimari non

potest. Habebit de percepti-
one fructum. non habebit de
satietae fastidium. Ad que
uos bona perducatur qui ui-
uit et regnat. in saecula sae-
culorum. amen.

ITEM VNDE

SUPRA DE CADE
ECCLESIE DEDICATI

ONIS FESTIUITATE
LIC. SCI. EU. SEC. LUC. A.

In illo temp. Dixit ihc disci-
pulis suis. Non est arbor
bona quae facit fructus ma-
los. neq. arbor mala faciens
fructum bonum. Et reliqua.

OMELIA GENERALI

BEATAE
PRI. DEIA
DEM. LIC.
VIAPR.

PITIAOI IUNITATE

fr̄i km̄i sollemnia dedicatio
 nis ecclesiae celebramus. de
 bemus congruere sollemni-
 ta quam colimus. Ut sicut or-
 natis studiosius eiusdem ec-
 clesiae parietibus. plurimis
 accensis luminaribus. ampli-
 ficato numero lectionum.
 Addita psalmodum melodia.
 laetis noctem uigiliis ex more
 trans egimus. ita etiam pene-
 tralia cordium nr̄orum. semp̄
 necessarius bonorum operum
 decoremus ornatibus. Sem-
 per in nobis flamma diuinae
 pariter. et fraternae caritatis
 augetur. Semper in sanctu-
 ario pectoris nr̄i. caelestium
 memoria praeceptorum. et
 angelicae dominationis dul-
 cedo sc̄a resonet. Hi sunt enī
 fructus bonae arboris. hi bo-
 ni thesauri cordis. haec fun-
 damenta sapientis architecti.

quae nobis hodierna sc̄i eu-
 angeli lectio commendat.
 Non nos formam solummodo.
 sed uirtutem potius habere
 pietatis. Quod etiam mysti-
 ca ueteris instrumenti nobis
 historia diligenter insinu-
 at. quando uel moyses taber-
 naculum. uel templum dño
 salomon in sc̄ae ecclesiae ty-
 pum condidit. Utraq. enim
 domus. firmiter fundata esse
 refertur. Tabernaculum
 quidem. quia compactos de-
 tabulis habebat parietes su-
 per bases argenteas. templū
 aut super lapides quadros
 subpositos. Ligna quoque
 erant imputribilia. equibus
 et tabernaculum omne factū.
 et templum intus ornatum.
 ac desuper tectum fulgebat.
 Aurum etiam de thesauro bono
 optimum proferebatur. de

xi.

quo et tabernaculi parietes
intus et foris uestiti ac templi
non tantum parietes. uerum
etiam laquearia. trabes. ostia.
postes. et pauimenta erant
cooperta. Sed et uasa atq.
utensilia domus utriusq. pe-
ne aurea. Neque haec ni-
si de auro purissimo fieri lice-
bat. Fructus etiam arborum
qui in domum domini offereban-
tur. purissimi et exquisiti esse
iubebantur. Hoc est uitis.
oliuae. turis. myrrae. uel
stactis. et ceterarum huiusmodi.
Quae uidelicet cuncta spiritali-
ter intellecta ueram mentis fi-
dei et operationis sincerita-
tem denuntiant. Domus
namque utraq. ut diximus. uni-
uersalis ecclesiae figura prae-
monstrat. Neque in congru-
um quis arbitretur. quod du-
ae sunt domus domini in myste-

rio factae. cum unam christi do-
mum esse ecclesiam nullus fide-
XIIlis ambigat. Quae etenim
sunt conditae domus. ob sig-
nificationem utriusque populi
in eandem fidem uenturi. iudei
scilicet & gentilis. Unde bene
tabernaculum sola plebs hebraea
condidit inheremo. Templi au-
tem structuram proselyti id est ad-
uenae de gentibus quotquot
in populo israel tunc inueni-
ri poterant. deuota fide com-
pleuerunt. Sed et rex poten-
tissimus tyri. conductus a salo-
mone commodatis artificibus
et lignis gratantissime uiuit.
Quia nimirum ante incarnatio-
nem dominicam. notus in iu-
daea tantum erat deus. ac post-
quam ille in ea qua natus et
passus est carne resuscitatus
amortuus. et exaltatus est super
caelos deus. super omnem continuo

terram nominis eius gloria re-
 fulsit. orbisq. uniuersus adae-
 dificationem domus illius ac-
 cepta ab eo promissione dono-
 rum caelestium gaudens accu-
 rrit. Quid ergo ipse condi-
 tor et redemptor noster de constru-
 ctione suae domus quae nos su-
 mus. in ea quae nobis modo re-
 citata est lectione sancti euange-
 lii dicat audiamus. Non est
 arbor bona quae facit fructus
 malos. neque arbor mala faciens
 fructum bonum. Bonas ergo
 arbores et bonos earum fructus
 in constructionem sui templi
 rex patiens quaerit. At uero
 malae arboris quisit finis.
 idem alibi docet dicens. Omnis
 arbor quae non facit fructum
 bonum. excidetur et in igne
 mittetur. Arbores namque ho-
 mines. fructus autem operae dicuntur
 ipsorum. Uultis enim nosse

quae sunt arbores bonae. qui
 mali fructus. apostolus docet
 dicens. Manifesta autem sunt
 opera carnis. Quae sunt for-
 nicatio. immundicia. luxuria.
 idolorum seruitus. ueneficia.
 inimicitiae. contentiones.
 acmulationes. Iracundiae.
 dissensiones. hereses. inuidie.
 homicidia. ebrietates. comes-
 sationes. et huiusmodi. Uultis
 audire an arbores quae tales
 fructus faciunt ad aeterni
 regis templum caeleste per-
 tineant. subiungit aposto-
 lus dicens. quae praedico
 uobis sicut praedixi. quod
 qui talia agunt regnum dei
 non consequentur. Bonae
 quoque arboris fructus subse-
 quenter enumerat cum ait.
 Fructus autem spiritus est. Caritas
 gaudium. pax. patientia.
 bonitas. benignitas. fides.

mansuetudo · continentia ·

De quibus et alias ammonens ait ·
Ut filii lucis ambulate · Fructus
enim lucis est in omnibonita-
te et iusticia et ueritate ·

Quinimirum fructus cum ar-
boribus ex quibus procedunt
ethic ad domum fidei · et illic
ad habitationem supernae be-
atitudinis ueraciter pertinet ·

Audiamus deniq · arborem bo-
nam de bonorum fructuum
prouentu laetantem · Ego
autem sicut oliua fructifera
in domo dñi · speraui in miseri-
cordia dñi mei in aeternum &
in saeculum seculi · Fructus
quippe oliuae · lucidum est
opus misericordiae · Et ideo
lure in misericordia dñi sperat
in templo aeternitatis · qui
in domo dñi praesenti · miseri-
cordiae gratia resplendet ·
Iure se talis ad templum magni

regis pertinere confidens ali-
bi dicit · Et misericordia tua
subsequetur me omnibus dieb ·
uitae meae · ut inhabitem in
domo dñi in longitudinem
dierum · At contra mala ar-
bor · uideamus quales ferat
fructus · et tales ipsi ferre ui-
temus · Dicit propheta
hieremias · Maledictus ho-
mo qui confidit in homine · &
ponit carnem brachium suum
et ad dñm recedit cor eius · Erit
enim quasi myrice in deserto ·
Myrice namq · est infructuosa
arbor et humilis · gustu nimis
amara · omniq · humana cultu-
ra prorsus indigna · ac pro-
pterea fructificans in desertis ·
cui merito comparatur is qui
adiuino timore et amore re-
cedens · ab hominibus regnum
uel diuitias sperat · Qui quan-
tum ad decorem domus dñi sit ex

torris iudicandus propheta
 subdendo manifestat. Et
 non uidebit cum uenerit bonū.
 sed habitabit in deserto in siccitate.
 in terra salis & gurginis et in
 inhabitabili. Nemo ergo sibi
 fr̄s mei male in occulto uiuens
 de fauore uulgi quasi bonus
 blasp̄diatur. quia etsi folia uerborū
 per pulcra. si florem famae
 gignit odoriferum. non est
 arbor bona quae facit fructū
 malos. Nemo cum recto cor-
 de bona quae ualē & operatur
 de sua salute desperet. quia
 non est arbor mala quae fa-
 cit fructum bonum. Unaque
 que enim arbor. de fructu
 suo cognoscitur. Haec cog-
 nitio de a peccatis solummodo ui-
 tuis siue uirtutibus accipien-
 da est. qualia superius ex a-
 postoli sententia commemo-
 rauimus. Namq. sunt non

nulla quae quo animo gerant
 ignoratur a proximis. unde
 et in utramq. partem possunt
 interpretari. Sed ambigua
 quaeq. iustius ab his qui bona
 diligunt interpretantur in
 bonum. ut impleatur illud
 apostoli. nolite ante tempus
 iudicare. Neq. enim de spinis
 colligunt ficus. neq. de rubo uin-
 demiant uiam. Spinae et ru-
 bus plenae aculeis arbores. il-
 lorum corda designant. qui
 uel luxuriae. inuidiae. concu-
 piscitiae stimulis ipsi faedan-
 tur. Uel certe iracundiae de-
 tractionis. odii superbiae et
 amaritudinis asperitatibus.
 In sua uel proximis. et quasi in-
 tractabiles existunt. Ficus autē.
 dulcem regni caelestis memo-
 riam. Uua. flagrantiam domi-
 nicae dilectionis significat.
 Non ergo de spinis colligunt ficus

neq. de rubo uindemiant uua
quia quicumq. adhuc uitioru
aculeis fordent exempla uel do
ctrinam uirtutum ministrare
proximis nequaquam praecua
lent digne. Bonus homo de
bono thesauro cordis sui pro
fert bonum. et malus homo
de malo profert malum. Thef
aurus cordis. intentio est cogi
tationis. ex qua prouentum
operis internus arbiter iudicat
Unde fit plerumq. ut minorabo
na nonnulli maiori caelestis
gratiae mercede operentur.
uidelicet propter intentionem
cordis qua maiora uoluerant
patrare bona si possent. Et alii
maiora uirtutum opera osten
tantes ob incuriam cordis tepi
di. minora ad no praemia softi
antur. Deniq. opus uiduae
quae duos nummos detulit ad
templum. innumeris diuitum

donariis ab interno cordium seru
tatore praefertur. Ex abun
dantia enim cordis os loquitur.
Humanum enim iudicium sae
pe fallit. quia cor proximi nes
cit. nisi ex ore et opere pensare.
Omnis aut ipsum opus et sermones
nros ex cordis radice perpendit.
Illi ergo ex abundantia cordis
os loquitur. qui ex qua inten
tione promantur uerba non
ignorat. Quod etiam subse
quenter astruit manifeste
ostendens. quia locutio bona
absq. operum attestatione
nil omnino proffit. Quid aut
uocatis me inquit dne dne.
et non facitis quae dico. Om
namq. uocare. boni donum
thesauri. bonae uidetur esse
fructus arboris. Omnis eni
quicumq. inuocauerit nomen
dni. saluus erit. Sed si is qui
nomen dni inuocat praecipis

dñi per uerse uiuendo repugnat
 profecto patet quia de bono
 cordis thesauro prolatum non
 fuit bonum quod lingua so-
 nuit. Neccalis fructum confes-
 sionis fici radix sed spinae. hoc
 est horrida uitis et non mul-
 titudine dominicae dulcedi-
 nis onusta conscientia pro-
 creauit. Quae aut sit uera
 fructuum bonorum malo-
 rumq. discretio. dñs sub alia
 figura subdendo designat.
 Omnis qui uenit ad me et audit
 sermones meos et facit eos. Osten-
 dam uobis cui similis sit.
 Similis est homini aedificanti
 domum. Homo aut hic aedi-
 ficans domum. ipse est media-
 tor dī et hominum homo xpc
 ihc. qui dilectam sibi domum
 scām uidelicet ecclesiam. in
 qua perpetuo maneret. aedi-
 ficare et consecrare dignat⁹.

Qui fodit in altum et posuit fun-
 damenta supra petram. quia
 in corde suorum fidelium quic-
 quid terrenae intentionis in-
 uenit. funditus extirpare
 studuit. Quatenus eiectionis pri-
 cae consuetudinis ruderibus.
 et cogitationibus superfluis.
 stabilem in eis ipse et inconcus-
 sam mansionem possit habere.
Ipsa est enim petra supra quam
 huiusmodi domus funda-
 mentalocauit. Nam sicut in
 domo aedificanda nil petrae
 cui fundamentum imponat
 ante fertur. Ita scā ecclesia
 petram suam uidelicet xpm
 imo habet in corde recondita.
 neq. aliquid fidei illius aedi-
 lectioni praepont. Adeo ut
 phae & iam mostempati non
 dubitet. Cui nimirum petre
 princeps ecclesiae quia firmis-
 sime adhaesit. abeanomen ac

cepit quando audiuit. Quia
tues petrus et super hanc pe-
tram aedificabo ecclesiam meam.
Inundatione aut facta. illisū
est flumen domui illi. et non
potuit eam mouere. fundata
enim erat supra petram.

Patet expositio quia pulsata
est saepe pressuris ecclesia.
nec deiecta. Quo si qui creden-
tium malis uicti cesserunt. ad
hanc utiq. domum non perti-
nebant. Quia si super petra
fidei et non potius super hare-
nam perfidiae uel leuitatis fun-
dati consisterent. labefactari
numquam prorsus ualerent.

Notandum aut quod haec inun-
datio temptationum tribus
modis ecclesiam impugnat.

Nam uel a sua concupiscentia
temptatur. quisq. abstractus
et illectus. uel falsorum firmi-
tate fatigatur. uel ap-

terioribus externorum appetit
insidiis. Quae uidelicet tempta-
menta. dñs alibi portas inferi
nuncupat. Et merito quia mi-
mirum si uicerint in aeternum
trahunt interitum. Et super
hanc petram inquit aedificabo
ecclesiam meam. et portae infe-
ri non prauelebunt aduersus
eam. Etsi ergo pulsant. non
tamen deiciunt ecclesiam xpi
portae diaboli. et si irruit in-
undatio perfidiae. non subru-
it domum fidei. Quae enim
adiutori suo ueraciter dicere
potest. dum anxietur cor-
meum in petra exalta stime-
non debellatur ab extraneis
quia rabiem persequentium
infidelium cum corona martyri
patiēdo superat. Non cor-
rumpitur a falsis fratribus. quia
ethereticorum dogmata recte
credendo refutat. et uiciosa

quorundam catholicorum
 exempla sobrie et iuste et pie
 uiuendo deuitat. Non obce-
 catur fumo propriae cupidi-
 tatis quia feruet interius so-
 lo ardore dominicae caritatis.
 Huic aut homini id est redem-
 ptori nro qui ecclesiam sibi
 uniuersalem inuincibili men-
 tis fortitudine copulauit. **P**
 pro modo suo quiq. simulant
 electi. quando quod ipse in
 tota ecclesia generaliter fa-
 cit. hoc illi in suis singuli cor-
 dibus agere specialiter curant.
 Nam quasi in altum fodiendo
 suam uigilanter conscientiam
 discutunt. ne quid in ea sor-
 didum lateat. sollerter in-
 quirunt. cunctas a fundo
 cordis superuacuatorum cogi-
 tatum latebras manu sedu-
 lae discretionis exhauriunt.
 quatenus firmam in se quie-

tamq. sedem petrae illi firmis-
 simae hoc est xpo praeparent.
Fitq. ut per eius praesentiam
 insuperabiles inter saeculiter-
 rentis aduersa simul et prospe-
 ra blandientis perdurent.
 Haec iuuante dno frs km de
 euangelicae lectionis exposi-
 tione transcurramus. sed ui-
 detur congruum sollempni-
 tati quam colimus de aedifi-
 cio templi aliqua commemo-
 rare. et quam decenter orna-
 tus illius ecclesiae significati-
 oni conueniat indagare.
Narrat ergo scriptura quia
 praeceperit salomon ut tol-
 lerent lapides grandes. Lapi-
 des preciosos in fundamen-
 tum templi et quadrarent
 eos. Lapidem grandes et pre-
 ciosi qui in fundamento loca-
 ti. totum onus templi sibi
 super impositum portant.

eximios scilicet ecclesiae doctores
res insinuante. grandes nimirum
excellencia meritorum
preciosos claritate signorum
quia ab ipso dno uerbum audi
entes. totam crescentis ecclesie
fabricam sua praedicatione
genuerunt. Quando enim
in scripturis fundamenta plu
rali numero dicuntur uel pre
dicatores scilicet uel firmas iusto
rum cogitationes significant.
Unde est illud psalmistae. Fun
damenta eius in montibus sanctis.
At cum singulari numero funda
mentum ponitur. ipsum sepius
auctorem bonorum omnium
indicat. de quo apostolus ait.
Fundamentum enim aliud ne
mo potest ponere praeter id
quod positum est. qui est xpc
ihc. Et de quo rursus ad creden
tes. sed estis inquit ciues scilicet
et domestici di. super aedifica

ti supra fundamentum apostolo
rum et prophetarum. In hoc
ergo fundamento lapides gran
des et preciosi qui templum om
ne gestarent sunt positi. quia
per ipsum ad propagandam to
to orbe ecclesiam. et prius patri
archae ac prophetae et post
modum sunt apostoli instructi.
Qui quo artius eius amorum haere
bant. eo fortius sectatores
suos in aedificio caelesti susten
tabant. Quos uidelicet lapi
des rex quadrare praecipit.
ut magistros ecclesiae compo
sitos moribus et immobiles ani
mo esse debere signaret. Sicut
enim quadratum quacumque
uertitur stabit. Ita nimirum
uita perfectorum quae ad ue
ritatis lineam sollicitè directà
est. nullis temptationum im
pulsibus a sua nouit stabilitate
deici. Erat autem templum de

marmore pario quem lapis albus
 exstructum ut candorem eccle-
 siasticae castitatis exprimeret
 De quo candore in cantico dñs ait
 Sicut liliū inter spinas. sic ami-
 ca mea inter filias. Habebat
 uero sexaginta cubitos in lon-
 gitudine. et uiginti cubitos
 in latitudine. et triginta cubi-
 tos in altitudine. Longitudo
 ergo templi. fidem sc̄ae ecclesie
 designat. per quam longanimi-
 ter inter opera sua bona prauo-
 rum aduersa tolerat. Latitu-
 do caritatem qua ipsa intus
 per uiscera pietatis spatatur.
 Altitudo spem. quae propter bo-
 na quae per caritatem operat̄
 caelestis uitae praemia expectat.
 Et bene longitudo sexaginta est
 cubitorum. senario enim nu-
 mero bonorum operum solē
 perfectio designari. Quia &
 dñs sex diebus mundi ornātū

perfecit. et sex sunt huius
 saeculi aetates in quibus sc̄ae eccle-
 pro aeterna requie. piis actibus
 instat. Bene uiginti sunt cu-
 biti latitudinis quia geminū
 est praeceptum caritatis quo
 ecclesia in tribulatione dilata-
 tur. quando perfectus quisq.
 et conditorem ex toto corde. to-
 ta anima. tota uirtute. et pro-
 ximum tamquam se ipsum di-
 ligere probatur. Bene trigini-
 ta in altitudine sunt cubiti.
 quia omnis electorum spes ad
 uisionem sc̄ae trinitatis quan-
 tum ualeat se exercendo et pu-
 rificando praeparat. Sex igit̄
 ad fidei longanimitatem. tria
 ad celsitudinem spei. duo perti-
 nent ad latitudinem amoris.
 Quibus tribus uirtutum insignib.
 totum sc̄ae ecclesiae statum con-
 stat perfici. Quod aut̄ per
 denarium qui perfectus est

numerus singulae acc multiplican-
tur. multiplex eiusdem
perfectiois augmentum figura
te denuntiat. Notandum sa-
ne quod triginta cubiti alti-
tudinis non usq. ad summum
templi fastigium. sed usq. ad
laquearia pertingebant.

¶ Deinde ad laquearia medi cae-
naculi alii triginta cubiti al-
titudinis assurgebant. Por-
ro tertium caenaculum quod
super erat. sexaginta habebat
cubitos in altitudine. ac sic
omnis altitudo domus. in cen-
tum uiginti erat cubitos ex-
tenta. Prima igitur domus
triginta cubitis in altitudine
surgit. quia praesens ecclesia
ad uidentiam speciem sc̄ae tri-
nitatis tota intentione suspen-
ditur. Superior domus. tri-
ginta aequae cubitos se in altū
attollit. quia solute corpo-

ribus animae perfectorum. usq.
ad diem uniuersalis iudicii. eius-
dem beatae et indiuiduae tri-
nitatis praesenti uisione fruuntur.

Suprema domus bis tricenis al-
ta est cubitis. quia resuscitati a
mortuis omnes electi in contem-
platione eiusdem sui condito-
ris qui in tribus personis unus
deus. aeterna sp̄s simul et carnis
immortalitate gaudebunt.

Factus est autē medius paries in
templo de tabulatis caedriniis
uiginti cubitorum altitudinis
qui diuideret oraculum. id est
sem̄ sc̄orum a priorē parte tem-
pli. Habebatq. oraculum xx
cubitos longitudinis. et xx
cubitos altitudinis. Porro ipsū
templum pro foribus oraculi
xl cubitorum erat. In quo in-
erant mensae et candelabra
de auro. sed et altare aureum
prope ostium oraculi. quate-

nus incenso in eo thymiamate
 uapor fumi ascendens operire &
 oraculum ubi erat arca testa-
 menti superq. eam cherubin
 gloriae obumbrantia propiti-
 atorium. Prior ergo domus
 praesentis ecclesiae statum.
 interior uitae caelestis ingres-
 sum designat. Unde recte in
 priori mensa et candelabra
 sunt facta. Quia nimirum
 in hac uita lumine sc̄arum scri-
 pturarum et sacramentorum
 caelestium refectione opus
 habemus. In futuro aut talib.
 non egemus subsidis. ubi iu-
 xta psalmistae uocem qui cūq.
 apparuerint cum iusticia.
 satiabuntur manifestata glo-
 ria xpi. In hac quoq. uita cor-
 da iustorum quasi altare in-
 censi aureum splendida fulgent
 per munditiam sc̄itatis. Aro-
 matibus sunt referta desideri-

orum spiritualium. incendio
 flagrant amoris continui. &
 quasi in proximo caelestis in-
 troitus posita suauiussum
 suae orationis uaporem intra
 sc̄a sc̄orum superna emittunt.
 ubi xpc̄ est in dextera dī sedens.
 Quem aptissime arca testa-
 menti quae erat intra uelum desi-
 gnat. In qua urna erat aurea
 habens manna. et uirga aaron
 quae fronduerat. et tabulae
 testamenti. Ipsa namq. arca
 naturam humanitatis eius.
 urna mannae. plenitudinem
 diuinitatis. Uirga aaron
 potentiam sacerdotii eius in-
 uiolabilem. Tabulae testa-
 menti designant. quia ipse est
 qui legem dedit. quiq. & iam
 benedictionem his qui legem
 faciunt dabit. Bene aut tem-
 plum pro foribus oraculi. xl
 cubitorum erat longitudinis

quō in hac adhuc uita ieiuni
is et continentia nos castigari
oportet. ut ad internae dul
cedinis satietatem peruenire
mereamur. Namque hoc
numero castigationem
uitae praesentis significari
intellegit omnis qui quadra
genarium moysi uel heliae
uel ipsius dñi ieiunium recte
intellegere nouit. Bene ipsū
oraculum in quo arca per che
rubim gloriae tegebatur.
XX cubitos longitudinis lati
tudinis et altitudinis habe
bat. qui numerus perfectio
nem ut diximus geminae di
lectionis insinuat. Quiaque
quid in hac peregrinatione
pro dō geritur. totum hoc
in illa mansione patriae per
ennis. ubi magnificentia eius
continua beatorum spirituum
laudatione sustollitur. In so

la dilectionis amplitudine per
ficitur. Erat et porticus ante
templum XX cubitorum lon
gitudinis iuxta mensuram la
titudinis templi. et X cubito
rum latitudinis. habens ostiū
contra ostium templi ab oriente.
Quae uidelicet porticus. illam
scae ecclesiae plebem designat
quae dominicae incarnatio
nis tempora praecessit. necta
men ab eiusdem incarnationis
fide uacua remansit. Hoc est
enim ostium porticus. contra
ostium templi esse ad ortum
solis. fidem populi prioris de
xpō eandem esse quae sequen
tis. eodemq. gratiae orientis
lumine cunctorum fidelium
corda illustrari. Unde bene
in eadem porticu duae colum
nae aerae maximi et mirandi
operis circa ostium templi nar
rantur esse statuae. Et hisca

pitella quasi opere lili super
 imposita. Columnae enim
 stant ante ostium templi quia
 aduentum redemptoris nri qui
 ait. ego sum ostium per me si
 quis introierit saluabitur. pre
 cesserunt doctores egregii. de
 qualibus dicit apostolus. Iaco
 bus et cephas et iohannes qui
 uidebantur columnae esse
 qui eidem eius aduentui testi
 monium perhiberent. Una
 enim adextris ostii. alia stabat
 a sinistris. Quia et populo isrl
 qui tunc diuina fide et carita
 te calebat. incarnationem sui
 redemptoris futuram praecine
 bant. et non minus gentibus
 quae adhuc quasi ad aquilo
 nem positae perfidiae frigore
 torpebant. eiusdem redempti
 onis ingressum praedicabant
 esse pandendum. Quod uero
 capitella columnarum quasi

opere lili fabricata erant. signi
 ficat quia tota praedicationis
 eorum summa claritate per
 petuae beatitudinis insonuit.
 eiusq. uidentiam gloriam suis
 auditoribus promisit. quia ae
 ternus ante saecula ds existens.
 homo factus est in fine saeculo
 rum. ut quasi flos lili interius
 colorem aurosum. exterius ha
 beret candidum. Quidnamq.
 auri rubor in candore. nisi ful
 gur est diuinitatis in homine.
 Quem uidelicet hominem et prius
 uirtutibus clarum ostendit. &
 post mortem in uero incorrupti
 onis splendore uestiuit. haec
 nos frs kmi in praesentis festi
 nri gaudio de factura templi
 pauca ex pluribus caritati ure
 exposuisse libuit. quatenus &
 miranda terrestris domus dni
 fabrica delectaret auditum.
 et haec eadem spitaliter intel

lecta. mentes nr̄as ardentius
ad amorem sup̄ne habitatio
nis erigeret. Diligam̄ igitur
fr̄s mei toto corde decorendo
mus aeternae quā ex dō habem̄
in caelis. Et de loco tabernacu
li gloriae eius sedulo cogitare
ac nos alterutrum ammonere
curemus. Unum ante omnia
petamus ab eo. et hoc infatiga
bili intentione quaeramus.
ut in habitare mereamur in
domo eius omnibus diebus uite
nr̄ae. hoc est perenni uita ac
luce felices. Non aut̄ spernit
neq. despicit precem pauperū
quando hoc quod diligit ipse
precamur. sed clementer exau
diens. donabit nos uidere bo
na sua in terra uiuentium. IHC
XPC dñs nr̄ qui uiuit et regnat
cū patre in unitate sp̄s sc̄is. p̄
omnia saecula sc̄lorum amen.
ITEM IN DEDICAT̄ ECCL̄AE

I LEC. SCĪ. EŪ. SEC. LUC.
N illo temp. Ingressus ihc per
ambulabat hiericho. Et ecce
uir nomine Zacheus. & reliq.
SERMO UENERABILIS

E BIDAE PRI.
DE IAN. LEC.
T IN
GRESSUS IHC
PER AMBULABAT HIERI
cho. et ecce uir nomine Zache
us. et hic erat princeps publi
canorum et ipse diues. Et
quaerebat uidere ihm̄ quis
esset. et non poterat uidere
propterea quia statura pu
sillus erat. Et praecurrens
ascendit in arborem sicomo
rum ut uideret illum quia in
de erat transcurus. Quae
impossibilia sunt apud ho
mines. possibilia sunt apud
dm̄. Ecce enim camelus de